

Baptistæ & Christi seruatoris, qui duo jecerunt fundamenta politia ecclēsiasticæ noui testamenti annuntiando euangelium, instituendo sacramenta, & mittendo apostolos in totum terrarum orbem. *Secundum* est ab excessu apostolorum vsque ad concilium Nicenum: quo tempore politia ecclēsiasticæ fere contenta, fuit simplicitate apostolica. *Tertium* est à concilio Niceno vsque ad annum Christi sexcentesimo: quo tempore multæ accessiones sunt factæ ad simplicitatem apostolicam. *Quartum* est ab anno Christi sexcentesimo vsque ad reuelationem Antichristi: quo toto tempore innumeræ ceremoniæ, partim impiæ & superstiosæ, partim ridiculæ & histrionicæ tanquam diluuium quodam inundarunt, ita vt ecclesia instat arcæ Noe variis fluctibus fuerit jactata. *Quintum* est à reuelatione Antichristi ad hanc nostram ætatem: quod interuallum jam est integri seculi, quod feracissimum fuit insignium viro- rum, qui ecclesias passim reformarunt à fermento traditionum im- piarum.

TYPVS POLITIÆ EC-
CLESIASTICÆ.

<p>Politia Ecclesiastica est</p>	<p>{ Genera- lis; de Specialis. cap. 11.</p>	<p>{ Fine cap. 1. Subjecto. c. 2. Medijs per- tinentibus ad Politia sacra cap. 10.</p>	<p>{ Constitutio- nem qua cer- nitur in Restitutionē in integrum cap. 10.</p>	<p>{ Fundatione ubi est Conseruatio- ne per officia classis Amplifica- tione. c. 9.</p>	<p>{ Efficiens. c. 3. Materia. c. 4. Forma cap. 5. Prime ca. 6. Secunda c. 7. Tertia cap. 8.</p>
----------------------------------	--	--	---	---	--

PERORARIO POLITIÆ ECCLESIA-
STICÆ.

Politiam sacrā ædificij spiritualis, quod est ecclesia, delineauimus. Hoc jam superest, vt omnes omnium ordinum homines in ecclesia aduigilēt, vt tota hæc administrationis ratio semel recte constituta, conseruetur; id quod fiet per preces ad Deum, concordiam magistratus & pastorum, ze- lum pium magistratus & ipsius consiliariorum, diligentem prudentiam pastoris, rectam constitutionem presbyterii, fundationem scholarum, in- stitutionem iuuentutis domesticam & deniq; piam vitam in singulis statibus.

FINIS THEOLOGIÆ PROPHETICÆ,

THEO.